PLATO. ARISTOTELES

Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 182r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

etiam si verum sit. Non enim potest silogismo coligi [colligi]. Si autem
dixeris quempiam egrotare quoniam febricitet aut pep-
isse quoniam lac habeat, id iam necessarium et solum e signis
argumentum est, cui solum si verum est insolubile sit. Quod vero
quasi universale se habet ad particulare huiusmodi est, ut
si quis febricitare hominem dicat et eius signum esse quod
crebro respiret. Solubile autem et hoc est [marg.: etiam] si verum sit. Possi-
bile est namque etiam si febre non agitetur crebro tamen
anhelare. Quid igitur probabile, quid signum, quid argumentum
sit, quidque inter inter se differant, et nunc dictum est, et in resolu-
tivis de hiis et ad hec quam ob rem alia eorum silogismo coll-
igantur alia non, explanatius determinatum est. Quid etiam
inductio sit et circa que sit dictum est. Est enim neque ut totum
ad totum, neque ut pars ad totum, neque ut totum ad partem, sed ut
pars ad partem, simile ad simile, quando utraque sub eodem gene-
re sunt, sed unum altero magis perspicuum. Hoc pacto per insi-
dias dionisius ad tyrannidem presidium petit. Nam et pisi-
stratus ad tyrannidem per insidias petiit presidium, quod cum
impetrasset, tyrannide civitatem oppressit. Et theogines
in megaris. Alii etiam quos id fecisse sciunt exemplo de
dyonisio sunt ~~quem~~ quem nondum sciunt id circo petere,
que omnia sub eodem sunt universali: qui presidium petit
insidiose tyrannidem affectat. Ex quibus ergo sunt que de-
monstrativa ~~vitam~~ [fidem] facere videantur dictum est. Inter enthi-
memata vero non mediocris illa est differentia maxime
que quod omnibus pene ignota, que est etiam in dyaletica sylo-
gismorum via et ratione. Nam quedam eorum secundum retho-
ricam sunt, ut et silogismorum secundum dyaleticam viam
ac rationem, quedam secundum alias artes atque facultates
quarum alie sunt, alie nondum comprehense sunt. Quapropter
auditores quoque latent, magis quod possunt commode tangentes
commodius elabi. Verum quod dicimus apertius erit si plu-
ribus explanabitur. Voco igitur dyaleticos ac rethoricos